Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XIII

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

Liber xiii de consilio Agamenonis qui ambaxiatores mittere ad regem Messe pro victualibus necessariis exercitui Grecorum. Ad quod missi fuerunt Achilles et Telephus qui pugnantes cum Rege Messe ipsum interfecerunt et Regnum ipsius remansit Thelepho et de principibus qui venerunt in auxilium troianorum.

Dum hec igitur gererentur prout superius sunt relata, Agamenon Rex universos reges, duces et principes ad generale consilium in planicie Tenedon voce preconia venire mandavit. Quibus statim convenientibus in loco predicto, Idem Agamenon intencionis sue propositum in hec sub compendio verba resolvit. Inter alia necessaria que exercitui nostro patent in armis est illud precipuum ut curam faciamus sollicitam qualiter exercitus noster dum est in conflictu bellorum debeat victualibus habundare. Nam sine multo victualium presidio exercitus noster non posset proficere. Quare si vobis videtur acceptum apud Messam pro victualibus habendis civitatem in qua maxima fertilitas viget eorum speciales nuncios viros strenuos et fideles absque mora mittamus, ut taliter predicti nuncii nostri predictam statuant et salubriter ordinent quod indeficienter predicta victualia continuis successibus exercitum nostrum in multa excrescenti copia faciant habundare. Agamenone nostro predicto suo colloquio fine facto omnes astantes consilium suum probant et incontinenti strenuum Achillem et Telephum filium quondam Herculis super execucione predicti negocii communiter ellegerunt, ut ad execucionem predicti in multa comitiva militum pugnatorum apud Messam dirigere se deberent. In hac igitur provincia Regnabat Rex quidam nomine Teutran qui regnum ipsum longa pace tenuerat dum in ipso multorum militum copia et virorum pugnancium iuventus bellicosa vigeret. Plerique enim dicere voluerunt hanc fuisse Siciliam que multorum fertilitate bonorum habundans sita in introitu ipsius Insule ex parte licet Regnorum mirabili saluus portu potitur in quo naves in multa classium quantitate omni tempore tuta stacione tuentur. Et propterea quidam dicere voluerunt quod predicta Civitas Messana ideo dicta est quia tempore portus ipsius messes edite in adiacencium locorum finibus coacte deferuntur in ipsam que per navigantes postmodum per diversas mundi partes delatas questus gracia devehuntur. Licet non nulli dixerint Civitatem ipsam Messe a quodam Regis dicti Messanus titulis insignitum qui dum regnaret in insula Civitatem illam ex nomine suo Messam voluit appellare. Sed Frigius Dares de hiis nichil in opere suo describit simpliciter proponens Achillem

Nota mitti Achillem et Thelephum pro ambaxiatoribus

et Telephum apud Messam Grecis quemadmodum victualium advenisse, que cum forte sit alia a Sicilia poterit esse Grecis magis propinqua quam insula Sicilie, que eis erat valde remota, licet tamen verum sit quod Sicilia subiecta fuerit iurisdictionis Grecorum. In hanc igitur provinciam Messe Achilles et Telephus se in copia transtulerunt militum strenuorum cum multo navigio pervenerunt, quibus cum eorum navibus applicantibus ad litora terre predicte et eis in terram descendentibus. Rex Teutranz cum multis militibus et multis ceteris peditum constipatis pervenit ad litus ubi Achilles et Telephus descenderunt in comitiva suorum, qui statim insurgentes ad arma, dum Reges et suos contra se venire sunt ineffabiliter suspicati, nec pati velle eos in sua terra aliquo modo esse animosis virtutibus se contra eos prelio se opponunt. Quod ultra bellum fervet asperrimum inter utrosque, hinc inde cadunt cadavera gladio trucidata, multi cadunt ex Grecis et plures ex communitis eorum, licet enim Greci multa virtute vigerent, tamen resistere adversariorum numero triplo maiori vix poterant, et revera omnes Greci fuissent ibi nequiter interfecti nisi fuisset ille mirabilis in operibus armatorum Achilles, qui multo studio

committitur prelium inter Regem Teutran et Achillem et Thelaphum qui venerunt in subsidium Grecorum pro victualibus

contemplatus strenuitatem pugnancium et qualitatem ipsorum percepit, et vidit Regem Teutranz in medio conflictu bellancium contra hostes suos dampna mirabilia infligentem, quare idem Achilles impetuose dissiliuit in conflictum, frangit et disrumpit acies Mesios, interficit qui ei in conflictu se opponunt et qui ad suum transitum non aperiunt sibi viam. Ad Regem Teutranz velud leo rugiens applicat, ipsum impetit ense nudo, crebris vexat ictibus, vulneribus sauciat, cuius galee laqueis violenter extirpatis, arreptum Regem per violenciam prosternit, elevatoque mucrone ipsum interficere furibundus intendit. Sed Telephus qui secus Achillem pugnabat, et sensit Achillem sic in Regem Teutram crudeliter insevire et elevata dextera velle ab eo eximere caput eius, in medio utriusque se ingerens descendens equum ictum excepit scuto suo et pia voce humiliter deprecatur Achillem ut Regi Teutranz letaliter vulnerato, quasi mortuo et devicto mortem ultimam propria benignitate remittat, et vite spacium victo victor indulgeat, qui se sibi quondam victum victis manibus offerebat. Ad Telephum igitur illico respondens dixit Achilles: que nam tanta causa te movet contra publicum hostem nostrum exercere genus pietatis, qui tam crudeli requisicione in sua

Verba Telephi ad Achillem.

sola armorum confidencia nos primo vexavit in-
stetit ut cadat ipse in foveam quam parabat.
Cui Telephus dixit. Iste rex fuit quondam patri
meo multa familiaritate coniunctus et ego
dum quadam vice in hanc terram suam casualiter
divertissem infiniti honoris michi gratiam apponit
et multam suorum maiorum copiam in me in maxima cari-
tate profudit propter quod eius vite dispendium totis
abhominor et abhorreo mortem eius. Cui Achil-

Responsio Achillis ad verba Telephi

les. Ecce eum tibi recipe et de eo consequaris fi-
naliter velle tuum. Rege igitur Teutran sic a
manibus Achillis amisso et ab eo in stantis
necis exicio liberato bello est finis impositus
secedunt turme. Greci redeunt victores
ad naves. Rex autem Teutran ad suam re-
giam deducitur semivivus ad cuius preceps
cum multa humilitatis devocione porrectus Te-
lephus et Achilles incedunt in ipsa in cuius
Regia recipiuntur hospites in honore maximo
et rex affluencium ubertate. Non post multos
vero dies Rex Teutran letalibus vulne-
ribus sibi ab Achille potenter inflictis atra-
tus per multa corporis valitudine sensus exanimis
videns sue vite extrema sibi accelerare di-
spendia. Achillem et Telephum ad se ve-
nire mandavit quibus ad eum venientibus
et invenientibus ipsum in Regio strato iacere
Idem Rex Teutran sic locutus est illis. Incli-
ti duces salus sit longa vobis dico tamen vo-
bis Telepho carissimo meo quod vite mee

iam ad extrema pervenit mortis initium quod
plus dilatare non valens. Cum igitur heredem
michi legitimum ex me progenitum fata
prestare noluerint, ne prius regnum meum
remaneat in caducum quod multo labore quesi-
vi et labore nimio manu tenui usque
nunc incassum quod iam quesitum infallibiliter
amisisse nisi ille vir strenuus quod omnibus
aliis strenuis suis virtutibus fuit prelatus
victoriosissimus Hercules pater tuus in
adiutorium meum ad preces meas festinanter
accurisset dum in magna multitudine ho-
stium meorum Regnum istud iam precipitari
existeret et recuperandi illud iam michi spes
certa defecerat. et ipse solus in sola sue
virtutis potencia submissos hostes meos
in durica belli confregit exercitus innumeris
bellis intemperans propter quod regnum istud ab eorum
hostili congressu tunc et post modum libera-
vit ut in illo inquietis pacis restituit li-
bertatum. Unde non meis meritis sed mee
virtutis potencia usque nunc sum huius regni
sceptro in pace potitus sed sola tua benigni
patris affectuosa et strenuosa virtute.
Ex hac itaque loco illi qui dicere putaverunt
provinciam Corsice esse Siciliam opinionem eorum
multa firmitate corroborant. Asserentes
Herculem in Siciliam advenisse. Unde dictum
est in una parte Sicilie ex parte barbarorum
Herculem eorum memorie suas fixisse

columpnas qui locus adhuc dicitur columpnarum et terra dudum existens in ea herculea nocabatur. licet quidam eam noluerint corrupto nomine herculis herinclam nominare. sed hi inter nos sunt. In hac igitur terra dudum a barbaris exarata et data penitus in ruinam. Adhuc supersunt quedam columpne que vulgo columpne herculis nuncupantur. quam in ea quondam fredericus secundus princeps rei publice romanorum et Rex Sicilie fecit construi quandam terram considerans locum ipsum hominibus utilem propter situm. Quoniam in facie pelagi situs sic carens omni portus stacione salubri quam tamen terra propter situs bonitatem plena populo usque in hodiernum diem dicitur terra noua. Rex igitur Teutram sua trahens extrema dispendia incepto sermone suo versus Telephum continuauit sic verba. Cum igitur fili Telephe ille uictoriosissimus pater tuus Regnum istud sibi sua uirtute quesiuerit et ego tamen ab eo illud non reputauerim restitutum sed michi parcius ab ipso commissum quod tamen sibi uiuenti concedere noluerit ut proprium heredi tibi loco eius cuius es heres et filius tamen tibi racionabiliter concessit quare animo testandi in hoc meo presenti eulogio heredem instituo tam in regno isto quam in omnibus aliis bonis et rebus meis ut huius regni sceptro et dyademate po

Nota Telephum puerum et simplex Telephum nuncupatum qui heredem istum ut T. Thelefus filium herculis

de morte Regis Teutram ab Achille

ciens et gubernes me autem honore Regio tradere sepulture cumulis celebrans meis obsequiis more regali. His dictis et sceptris Rex Teutram continuo uitam morte superante finiuit. Quo mortuo Telephus de sua morte tristatus cum proceribus Regni sui corpus eius honorabiliter dedit sepulture et lapide marmoreo nimium precioso est tumba constructa cuius in ea statuit condi cadauer. In cuius tumbe superficie hoc epitaphium sculptum iussit apponi. Rex Teutram iacet hic quem mortem premit Achilles. Qui Telepho regni sceptrum tenere dedit. Hoc igitur facto vniversi maiores regni et plures urbes singuli populares Telepho qui dudum ducis nomine suo in patrius fuerat titulis insignitus nouo facto regi tanquam eorum regi ad dominio sacramenta fidelitatis et homagii prestiterunt Et deinceps Rex ipse Telephus Regni ipsius gubernacula moderatur assumpsit. Achilles autem omni uictualium copia nauibus honeratis et aliis necessariis ad ute regimina deputatis. Telephum regem uolentem cum eo in grecorum exercitum proficisci et perfecto reddire in regno ipso in quo Rex erat assumptus quasi inuitum residere et remanere mandauit monens illum et monitis precepta subiungens ut circa continuos succursus uictualium et aliarum

rex edibilium in grecorum exercitum mitte-
darum, cum deberet incessanter et iugiter
adhibere. Cui omni affectione et deuo-
cione subiecta se pactis perpetuis obtulit
impleturum. Et sic Achilles a Rege Thelepho
discendente cum suis nauibus alta petit
maria. et eo recto remige nauigante
sospes et incolumis peruenit in Tenedon
ubi adhuc grecorum exercitus morabatur.
Qui statim descendens in terram in comitiua
militum ad tentorium Agamenonis regis
se contulit ubi confestim reges duces et
principes maiores exercitus confluxerunt et
Achillem in maxima leticia suscipientes
in gaudio maximo fouent amplexibus
et amicis osculis blandiuntur tamquam cum
quem precipuis carum habebant et omnibus
priorem. Narratis itaque per eum singulis que
gesta sunt in Moesie prouincia et de Thelepho
suo rege et de nauibus inde adductis onustis
et in defectum uictualium constitute per tempora
certa successiue a Thelepho rege promissa
propter quod cum iam erat animo grecorum exercitum
nullam posse penuriam uictualium trepida-
re omnis exercitus in gaudio leti sunt ual-
de. et Achillis processus probabili racione
laudabiles unusquisque commendant. Et sic
rebus omnibus fine suo Achilles ad tentoria
sua redijt ubi cum multo gaudio a suis
mirmidonibus leta mente recipitur gratifi-

cantibus sibi militibus. Uerum quoniam in hac frigius
Dares dicendi materiam fuit digressus ante-
quam de grecorum processibus successiue sequentibus ali-
quid enarraret senatum connominatum decreuit
describere in hoc loco qui reges et quod qui duces
in defensione Troiane urbis aduenerunt.
sicut de regibus et ducibus et alijs uenientibus
in grecorum exercitum supra descripsimus. Dignum
est enim ut nos in hac parte de eis faciamus
et si non omnium maiorum saltem de maioribus
mencionem. Sciendum est ergo quod de regno
eorum licet Dares frigius nichil dixerit
uenere tres reges cum pluribus tribus mili-
bus armatorum. Rex uidelicet Pandarus. Rex
Thabor et Rex Andrustus. Item de qua-
dam prouincia que dicitur Colofon quam quidam
dixerunt esse insulam multe tamen spaciosita-
tis et plenitudine diuiciarum circumfluentem
uenerunt quatuor reges in comitiua quinque
milium quorum unus uocabatur Rex Careas
Alius Rex Ymasius. Tercius nestor for-
tis. Et quartus Rex Amphymacus. Item
de Regno licie cum tribus milibus militum
uenit Rex Glaucon cum eius filio fortissimo
Sarpedon. Qui regi Priamo fuerat uin-
culo consanguinitatis astrictus. Item de Regno
liconie uenit Rex Emphemus cum mille
militibus expertis in bello. Item de Regno
qui dicitur de Larisso uenerunt duo Reges cum
militibus mille quingentis scilicet Nupor gran-

De Regibus et principibus qui uenerunt in auxilium troianorum

Omnes ex parte troianorum

Alius Nestor senex fuit cum grecis qui uenit ex pillon.

dis et Rex aipedus. Item de Regno quod dicitur
tibaria. venit Rex Remus cum tribus milibus
militum et in eius comitiva venerunt co
mites septem et duces quatuor qui Regi
Remo fideles erant de iure vassalli. Hii
autem omnes portabant arma coloris albi
sive flavi absque aliquo intersigno ut
in bellorum acies Rex Remus et sui de faci
li possent agnosci licet essent alii qui
eadem arma gestassent. Item de Regno

Alii tracie fuit rex Ulixes qui fuit cum grecis.

quod Tracia dicitur illa Tracia videlicet que in orien
tali plaga sita est venit Rex Pilles qui
Alcamus duxit secum et centum milites
adducentes. Item de Regno Panonie ve
nit Rex Premissius et quidam Sobrin
eius dux Stupex cum mille militibus tamen
quoniam huius regni provincia tota consistit in mon
tibus obscuris nemoribus et silvis umbro
sis rare sunt enim in ea valles et quasi nulle
planicies et ideo dicitur in ea multos sati
ros faunosque bicornes quam plurimum habun
dare et ideo etiam multa in ea miraculo
sa visa fuisse nam et mira ipsa sunt di
versa genera volucrum et ferarum et eis invita
poetis est [illegible] in virtutibus lancearum
arcuum et etiam sagittarum. Item de provincia
Betine venerunt tres duces cum militibus
mille ducentis dux videlicet Anfinius dux
Fortinus et dux Samius. Item de regno
Brotino quod est valde suppositum orientali

plage plenum omni genere aromatum venerunt
duo Reges fratres cum mille militibus. Rex
videlicet Bectes et Rex Epistrius. Item de
Regno Paffigonie versus orientem solem
quasi Regnum invisibile propter multam remo
cionem ipsius venit ille ditissimus auro et
gemmis que in flumine Tigris et eufrate
crebrius inveniuntur. In cuius ripis Regnum ipsum
Paffigonum situm est. Rex filius Phylimenis
cum duobus milibus militum huius septa que
maria non erat ex ligno constructa sed tamen et
corijs decoctis multo tamen auro fulgencia et
diversis gemmis ornata. Hic philimeis erat
statura valde grandis non minor statura
gigantis. Item de Regno Ethiopie venit
Rex Perses et in eius comitiva strenuus Rex
Orenon cum militibus duobus et comitibus de
Sbiettis qui cum tribus milibus militum qui in eorum
comitiva venit Symegon filius Regis me
nonis Sotii. Item de Regno Thenco venit
Rex Thesalis et Archilogus filius eius
cum mille militibus cum ipse Rex Thesalis esset
ipsi Regi Priamo stricta consanguinitate connex
tus. Item de Insula que dicitur Agresta vene
runt duo Reges cum mille militibus et ducen
tis quorum nomina expressa hic non sunt. Item
de Regno Delisime quod est ultra regnum A
maconum venit quidam Rex Sener militum
sed multa discrecione conspicuus nomine Rex
Episcorpus septem liberalibus artibus eruditus

hic duxit secum mille milites. Et quedam sa-
gittarium mirabile, cuius una medietas
ab umbilico superius erat homo, et ab umbili-
co deorsum erat equus, et illa medietas que
erat humana tota erat corio cooperta pilosa
sicut corium equi. Oculos tamen habebat fla-
meos et velud ignem rubentes arcus in
arcu timorosi tamen erat aspectus, qui ad
usus grecos pugnantes multos timores incus-
sit, quod dampna quamplurima dedit eis dum multos
ex grecis letiferis vulneribus peremisset. Fue-
runt autem milites qui cum hiis Regibus ad-
venere preter milites ipsius regis Priami
et minoris Indie Regis numero xxxii milia.
Nunquam enim a principio mundi institucionis legitur
tot milites bellicosos coactos in unum ubi
totius mundi milicie flos tam ex parte Tro-
ianorum quam ex parte grecorum convenit in unum. At-
tendant ergo lectores presentis ystorie quam
levi causa et quam debili racione tot forcium
tot maiorum processit interitus. Sane abho-
minanda sunt scandala quantumcumque debili
sint racione subnixa.

[left margin: ...o numerum / eorum que / venerunt / in succursum / Regis Pa/mi xxxii / milia.]

Liber xiiii de discessu grecorum a Tenedon et de descensu in litus troianorum in quo describitur primum bellum. Rubrica.

Nondum enim Greci a Tenedon loco
discesserunt cum inclitus ille Pala-
mides filius Regis Nauli cum triginta
navibus honustis ibidem applicuit. De cuius
adventu Greci leti sunt valde. Eius de
mora ipsius multum impingerent contra eum
quare maturius non venisset et precipue
apud Athenas qui absens se gravi morbo
fuisse detentum suam absenciam racionabi-
liter excusavit. Hic autem Palamides magnum
grecos in honore maximo gerebat. Cum apud
maiores grecorum primus existeret vel secundus
sibi ex virtute bellandi discretus morum
consilio et specialiter precipue diviciis plenus
et militibus opulentus. Rogatur ergo eum grecia
ut unus de consiliariis statuatur quod Pala-
mides gratanter annuit ad postulacionem ipsorum.
Consultis ergo diebus et noctibus greci convenerunt
in unum et precipue maiores eorum ut circa consilia
scrutarentur per que ad obsidendam Troyanam
urbem possent utilius quomodocumque procedere.
Providerunt enim primo ut sub noctis tene-
bris exequerentur predictum opus eorum sed
timore ducti de recessu navium a loco ubi
tunc erant et accessu ad litora urbis
troye, ne noctis obscuritas et precipue
loco incognita veram noticiam navibus et
navigantibus posset inferre discrimine pro-
pter quod ab hoc proposito destiterunt. Et adhuc
ex integro eis resistentibus multa consilia
Solius Dyomedis consilium ratum fuit, qui
inter grecos consiliarios tunc sic verba profudit: Dictum Dyomedis.
Audite universi Reges et principes qui nunc
presentes potestis advertere verba mea.